2331 aa 8

De *PROCIS*:

SIVE, DE

Ambitu Nuptiarum.

De PROCIS:

SIVE, DE

Ambitu Nuptiarum

DIALOGUS
DE
PROCIS,
SIVE, DE
Ambitu Nuptiarum:
NUPERRIMUS.

In ſterquilinio pullus gallinaceus
Dum quærit eſcam, margaritam repperit:
Jaces indigno quanta res, inquit, loco:
Oh! Siquis pretii cupidus vidiſſet tui!---
Sed Huic prodeſſe, non Mihi, quicquam potes.
Phædrus.

LONDINI:
Impenſis BERNARDI LINTOTT Bibliopolæ Londinenſis. MDCCXIV.

DIALOGUS

D^E

PROCIS,

SIVE DE

Ambitu Nuptiarum:

NUPERRIMUS.

In Feriquilinio pullus gallinaceus
Dum quærit cibum, margaritam reperit:
Jacet indigno quamtæ res, inquit, loco:
Oh! Siquis pretii cupidus nidulet tui!—
Sed Hunc prodelle, non Mihi, quicquam
potes. Phædrus.

LONDINI:

Imprensis Bibliopolæ
Londinensis.

DEDICATIO.

Tibi, Henrice Reverende, Fratris tui gratiâ, Hunc Dialogum inter Nos veriſſimum, De Ambitu Nuptiarum, vice Epithalamii, Inſcribendum ac Dicandum Cenſui.

Vale.

DEDICATIO.

Tibi, Henrice Reve-
rende, Fratris tui
gratiâ, Hunc Dialogum
inter Nos verſantium, De
Ambitu Nuptiarum, olim
Epitheſamus. Inſcribi-
dum ne Dignandum Cen-
ſui.

Vale.

PRÆFATIO.

ERasmi & quorundam Nuperorum Dialogi, dum vitæ morumque Speculum præ se ferunt, Autorum ingenio atque eruditione plurimùm pollent. Hunc fateor, non esse hujusmodi; Nihil opis externæ, nil Poeticè fictum, aut Ornatûs cau-

causâ aliundè quæsi-
tum est: Res verò ut-
cunquè gesta sit narra-
taquè simpliciter exhi-
betur. Cuicunquè O-
peram adhibenti quic-
quam hèic ineſſe sin-
gulare videatur: Sin
Rés Interlocutorum
palam fierent, Mira-
bile prorsus videre-
tur.

BARDUS.
PROBUS. } Perſonæ.

BARDUS.

RES acta, peracta, ad finem uſquè perducta eſt.

PROBUS.

Quænam res?

BARDUS.

Nuptiæ tandem auſpicatò concilian-
tur.

PROBUS.

Quales Nuptiæ?

BARDUS.

Inter adoleſcentem pulchrum, mihi charum, atque Puellam formâ, præter cæteras, præditam, quicum Ego fraterquè Meus, æſtate proximâ, juxtà ripam Thameſis, conſuevimus.

PROBUS.

Undè venit Hæc? quibus progna-
ta? cujuſnam Dotis? cujuſnam ætatis?

BARDUS.

Annorum 21. — Mihi cum illâ con-
ſuetudo

ſuetudo erat arctiſſuma. Me Amicum ſuum compellavit; Mihi Animi ſui ſenſus penitiores recluſit; Me unicum de rebus omnibus conſuluit: Dixit; — ſe filiam eſſe unicam Mercatoris opulenti, cui admodum chara erat: at ſeſe miſeram ſitam eſſe inter æquales invidas, obliquis oculis intuentes, eiquè indies nequitiam natalium vitio vortentes; ideò ſe vitæ penè pertæſam eſſe: Ah! Quam vellem, inquit, Viro alicui, dum modò probo, nubi! quicum ex his locis inviſis fugerem, & ubicunquè perfugium invenirem.

PROBUS.

Quid Tu hujus queſtubus reſpondiſti?

BARDUS.

Me vero ex animo miſertum eſt tam iniquæ hujus ſortis; cui Nihil, niſi natalium præſtantiæ defuit: Reſpondi, Me tranquillitati ejus accuratè conſulturum; eam Domi ſuæ frequentavi; à patre benignè hoſpitio acceptus, qui conſilia ſua, de gnatâ deſpondendâ, mihi communicavit; eadem, quæ filia prius, repetiit; addens: Sibi abundè eſſe, quo gnata ſua beata fieret; ſe meæ probitati & prudentiæ totum confidere — eademque Patri, quæ prius filiæ, reſponſa reddidi:

PROBUS.

Præclarè utrinquè?

BAR-

BARDUS.

Ilicò ad hunc adoleſcentem adii, cuncta impertivi, ille præſtò conditionem arripuit; haud mora, à Me ad puellam deductus, ampliſque laudibus proſequutus eſt: at citò facile comperi Meâ operà iſtic nihil ulteriùs eſſe opus: Ille enim facie venuſtus, vultuquè blandus, tam amabiliter ſe geſſit, ut, paucos intra dies Virginis animum integrum illexit, amoreque irretitum devinxit: — Quod ut nobis ſatis perſpectum fuerit; redii ad Patrem, dicens: — Me illi reperiſſe generum, Optimæ indolis, divitem, ſummoque genere editum, quemque præterea filia deperibat: — Ille gaviſus

gaviſus Mihi gratias maximas egit, Me adeò juſtum exiſtimavit, ut, quicquid Mihi æquum viſum foret, id omne genero ſe conceſſurum promiſit.

PROBUS.

Mira prædicas!

BARDUS.

Nos inter nos deinde ſuper Dote conſultavimus; Statutum eſt, Me poſtulare debere minas quinque Mille aureas præſentarias; & alteras quinque Mille ſub articulo mortis; — Nequicquàm Senex ſæpiùs exclamavit, obteſtatus, parce precor, crumenæ: — fortiter inſtiti, iſtumque eò uſque perduxi; uti diceret; — Se velle repræſentare quinque Mille

le Minas; at, ad alteras quinque Se ægre aſſenſurum eſſe; — haud tamen priùs deſtiti quàm iſtas etiam quinque mille præſtare pollicitus ſit: — quum redierim poſtridie Mane; dixit, — Se pœnituiſſe poſterioris promiſſi, nolle committere ut quiſquam illi mortem exoptaret, velle potiùs aliquid Doti præſentarium adjicere; uſque ad Septem mille Minas ſe, meâ gratiâ, repræſentaturum eſſe: — Pactum, conventum eſt.

PROBUS.

Quàm ſtrenue rem geſſeris! Quàm egregiam operam navaveris!

BARDUS.

Certe, apud Senem, ni conſiliis viri-

viribuſque decertaſſem, nequaquàm peractum foret: — Nos hilares gratulabundi potatum iimus, Amicæ noſtræ ſalutem propinavimus; ubi Adoleſcens feſtive ridens, ait; — Nuſquàm minoris procatus ſum; Quanti, cenſes, mihi conſtitit? haud pluris quàm 3 9ſh. — At Tu, Mi Amice, vere ſtultulus fuiſti; Te nam pridem amârat; Me verò jam unice diligit.

PROBUS.

At etiam dulce ridens?

BARDUS.

Etiam: — Inde progreſſus, Amici Matri hanc rem ingentem renunciavi; Quæ Me inopinantem ſuperbe increpans

pans, ait: — Quamne adeò mulierculam, Tuamne amatorculam, in ædes noſtras intromittas? an furtivis Oratoris inſitiva Stirpi Illuſtri adhæreſcat? — At at ſperamus iſtam cito fieri placabiliorem: etiamnum labaſcit.

PROBUS.

Procul dubio: fœmina iſta Iram ſimulavit, Lætitiam diſſimulavit: ſed, Heus Tu! ecquidnam proviſum ſit puellæ in viduitatem liberoſvè futuros?

BARDUS.

Nihil equidèm: — Huic enim ne drachma quidem ſit, unde fiat: Omnia ſua oportet filio, ex prioribus genito Nuptiis, cedant:

PROBUS.

Amica ergo vestra oportet indotata fit, ni Sibi, de suis Ipsius Nummis, Dos fiat.

BARDUS.

Recte censes:

PROBUS.

An satis mirari nequeo; Te non in primis Tibi ipsi consuluisse?

BARDUS.

Mihi vero? heu! Me tantæ conditioni ineptum esse duxi:

PROBUS.

Quidùm?

BARDUS.

Virgo elatioris erat Animi quàm rebus mecis tenuibus conveniret; speraſſet qui-

quidèm undè ſibi Currus aliaque ſumma quæque ſumptuoſa ſuppeterent?

PROBUS.

Promerita eſt certè Curru vehi, ſeptem millium minarum pœnâ: At quid tibi frater? quid Iſte de hac Re luculentâ ſenſit?

BARDUS.

Ille etiam ſe tantæ fortunæ longè imparem fore exiſtimavit:

PROBUS.

Modeſte vos herclè Ambo!

BARDUS.

Ita Nos addecet:

PROBUS.

At ſi forſàn Tibi mentem ſubiiſſet, vel Tibi obtigiſſet vir quiſpiam probus,

cujus animi benevoli plurima Ipſe indicia perſpexeris; numne Tuæ Rei ſatius fuiſſet? adeoque inde Beatior extitiſſes:

BARDUS.

Quid? æquumne putaſſes, Virginem ſtitiſſem vœnalem?

PROBUS.

Minime verò: — Sin talem quemvis ad puellæ patrem adduxiſſes, eique tantopere ſtuduiſſes; nec improbum, opinor, facinus, neque quicquam vænale feciſſes: — & fortaſſe —

BARDUS.

Ne fruſtrà ſis; plurimos Virgo repudiârat Procos:

PROBUS.

Quales? Quoſnam?

BAR-

BARDUS.

Devexæ ætatis homines: Vetulos aſpernata eſt:

PROBUS.

Haud immeritò quidem: Adoleſcens apud puellam Seni longe præſtat:

BARDUS.

Mihi, fateor, Nihil priùs fuiſſe quàm puero amabili, amantique puellæ, pariter inſervirem:

PROBUS.

Pulchrè quidèm! At Tu quid deinde Tibi fructus redundaturum ſperes?

BARDUS.

Mihi adhuc incompertum! — At certò ſcio fratrem meum huc è ruri peregre, celebratum Nuptias, propediem

affu-

assuturum; & Nullus dubito quin, ob fungendum Sacerdotis officium, decem Minas aureas accepturus sit:

PROBUS.

Verisimile!

BARDUS.

At Tu quid Mihi, pro Munere speratio, velles datum?

PROBUS.

Haud liquet: quum Hujus Adolescentis mores Mihi non innotescant: At hoc Tibi assevero; Me, si quisquam Mihi tam eximiam tamque opimam prædam exhibuisset, istum lubentèr præstò Mille Minis aureis donaturum fuisse:

BAR-

BARDUS.

Vah! Domine, in rem tuam nusquàm foret: Hæc tenerioris erat ætatis; Tibi nondum adoleverat:

PROBUS.

Scilicet! Tu nam multùm sapis:

BARDUS.

Quicquid de mercede eventurum sit; mirè Mihi gratulor, Me has Nuptias tam lepide concinnasse, talesque Compares jugalibus amoris Vinclis conjunxisse:

PROBUS.

Basilicè hercle factum!

BARDUS.

Teque etiam, Dilecte, si Tibi placuerit, Nuptiis consummatis, eò visi-

tatum

tatum introducam; ubi Hujus ſpectandæ fœminæ venuſtam eloquentiam, elegantes mores, inſignemque pulchritudinem abundè contemplerisubnon

PROBUS.

NOTÆ.

Tardus | Stolidus & tardus. --- at Hic noſter æquè impiger ac ſtupidus qualis *L' Eſtourdi de Moliere*: at Hunc unico verbo Latine dici non poſſe opinor.

Præſentarium, Repreſentare | Juris Civilis vocabula conditionibus & pactis propria --- payer l'argent comptant.

FINIS.